

per se examinandam suscepit, omniumque qui tum adfueru*s* judicio, jurisjurandi conditio causidico monasteri*s*, tunc Raberto nomine est constituta, qua ille postea cum aliis duodecim firmavit, possessio*n*em sacerdotiam non Ecclesiae Trevirorum, sed domini*m* regio tantum competere. Hoc ergo modo re definita et episcopo tandem acquiescente, famosissimus rex cum suorum consensu cellam sancti viri monasterio Prumiæ tradidit, edito traditionis ejusdem privilegio, quo firmavit testatusque est, se pro amore Christi et eleemosyna parent*m* suorum, Pipin*p* videlicet regis et reginæ Bertradæ, cellam ipsam hac lege jamdicto monasterio subdere, ut omni deinceps tempore rectores monasterii ejusdem eam tenere, et rebus ejus libera conditione in usus suorum Deoque servientium fratrum necessarios uti, ac sine ulla cuiusquam contradictione, quæ utilitat*m* communi competenter de ea facere et ordinare deberent; neque rebus solummodo quas tempore eo-

A dem cellæ dominium retineret, sed et illis quæ futuri successionibus acquisisset jure firmissimo ute-rentur.

47. Haec quemadmodum sint gesta atque statuta poterit qui volet relecto eodem qui hodie in archivis ipsius monasterii integerrimus manet privilegio scire. Nobis rem breviter commemorasse sufficerit, ne id quod esset utile cognitioni, penitus siluisse, et in hac parte circa B. Coarem officio defuisse meritio redargueremur.

48. Denique cum haec scriberemus, sicut in regimise monasterii Prumiæ, sic etiam in possessione cellæ S. Goaris Asuero Tancradus, et ei Marcuvardus vicaria mutatione successerant.

49. De abbe porro Asuero et cella sancti viri ea quæ primo retulimus ita esse gesta, quidam ex senioribus non indignus sive ab eodem abbat*e* se audiisse est protestatus.

## APPENDIX.

### HISTORIA TRANSLATIONIS RELIQUIARUM SS. MARTYRUM CHRYSTANTI ET DARIÆ

Ex urbe Roma in Galliam.

(Apud Mabill. Act. SS. ord. S. Bened. tom. IV p. 611.)

#### CAP. I.

Anno Dominicæ Incarnationis 844, imperante Ludo-viro Augusto, filio serenissimi imperatoris Ludovic*i*, Marcwardus, abba Prumiæ monasterii, Romam ire disponens, memorati principis impetravit licentiam et epistolas ad pontificem sedis apostolice Gregorium, in quibus regia conveniebatur auctoritate ut alijius præclarissimi martyris corpus ei dari deberet fame celebrioris, de cuius passione ac veneratione nullus fidelium posset ambigere. Arreptio namque iam itinere, cum comperisset antedictum papam obisse Gregorium, aliumque pro eo constitutum nomine Sergiu*m*, missa ad imperatorem relata*m*, receptisque mox ad nuper creatum antistitem mandatis, tandem post longa itineris spatia Romanam ingreditur. Suscep*t*us denique honorifice ab apostolico papa, epistolas ei regias tradidit. Ille, jussis imperialibus ejusque petitionibus favorabiliter in omnibus annuens, spopondit se cuncta facturam quæ suggesterat. Post haec misit ei per Marinum episcopum librum sanctorum continentem passiones, ius-sitque passionem sancti Chrysanti et Dariæ litteris tradere, pollicitus eorum corpora se ei daturum. Constituta itaque die ad Lateranensem properat ecclesiæ. Cumque jesus ad Romanum ingressus fuisset pontificem, positis in locello super altare cor-

C poribus, atque ex utraque parte stantibus clericorum ordinibus, et canentibus, tradidit ei cum summa veneratione et honore prelatorum martyrum corpora, sub invocatione nominis Domini præcipiens eum circa venerationem eorum intendere, quo uterque Dei omnipotentis offensam possit effugere: ipse quidem quod dederit, ille vero quod datis debitam non providerit venerationem. Tradidit ei quoque reliquias quadraginta sex sanctorum martyrum, ac præcep*t* in tumulo eas memoratorum recondi sanctorum. Suscep*t*is itaque cum summa veneratione corporibus, omnes præcipitans moras maturavit protectionem. Omnibus igitur incolubus, quinquagesimo die postquam ab Urbe gressum exulerant, in possessionem veniunt monasteri*m*, videlicet in cellam sancti Goaris: ubi per biduum commoratus, ordinatis fratribus, cum venerandis corporibus præmitit eos ad Prumiæ monasterium, quorum fratres adventu comperto, cum maxima gratulatione sacris induiti festinant occurtere cum candelabris et crucibus. Quæ vero in hoc spatio itineris miracula Deus ad ostendenda sanctorum suorum merita declaraverit, translatione eorum peracta expediam. Cum ingenti itaque devotione et gaudio suscep*t*is sanctorum reliquiis, omnibusque quæ tempori congruebant canentibus, iv Nonas Julii deferunt eas in Prumiæ

<sup>a</sup> De cella sancti Goaris, ac de ejus donatione Asuero Prumiensi per Pippinum regem facta, legen-

dus Wandalberti liber de miraculis sancti Goaris, cap. 5, supra.

monasterium; jacueruntque in eo quo delata fuerant feretro ad dexteram altaris usque xi Kalendarum Novembrium die, scilicet quousque pars quædam antiqui templi complanata in spatiu prolixius extenderetur, tumulo dignus conderetur. Quo expleto tempore, memorata die translata sunt sanctorum corpora et ab episcopo Theganerio administrum religioso viii Kalendarum Novembrium, videbat passionis eorum die, in loco quo nunc venerantur, scilicet in possessione sancti Salvatoris, in cella quæ Novum Monasterium vocatur, cum summo honore omniumque gratulatione tumulata: ubi nunc eorum intercessionibus ad laudem sui nominis orantes Christus exaudit, sicut ex subjectis comprobatur miraculis. Sed antequam illa que post eorum tumulationem acta sunt miracula proferantur, ea quæ paulo superius promisimus, reddenda prius in initio videntur.

## CAP. II.

Igitur cum ab Italia degressi ad basilicam beati Goaris gressum dirigerent, femina quedam, non ignota civibus suis, cum nimio renium teneretur dolore, auditio sanctorum adventu, petit se eorum obviam duci. Cumque hinc inde a duobus sustentata, vix ad locum pervenisset, mox ut tetigit feretrum quo sancta veliebantur membra, omnis ita fugatus est dolor, ut omnibus insipientibus libero ante gestatorium gressu curreat. Hæc prima nobis sanctorum enituit virtus: licet fidelis post viri relatione comperisse, adhuc nobis in Italia positis, simili modo eorum orationibus quamdam feminam contractam fuisse cretam.

## CAP. III.

Femina quedam erat non ignobilis, uxor cuiusdam Wanangi nomine, cuius pedes et crura ita intumescerant, ut pene lecto delineretur. Hæc, audita opinione sanctorum, subvectione equi obsequentiumque administriculo obviam ducta, vix tacto feretrum ita sana effeta est, ut per totum montem, cuius in illis locis nimia asperitas et altitude est, una esset ex gestantibus feretrum. Postero autem die, cum missarum solemnia celebrarentur, ancilla memoratae feminæ inter missarum celebrationem ita contracta est, ut quæ pedibus venerat, alterius manibus tolleretur: ignoramus tamen quid cause fuerit. Opinio vero fuit quod servitium recusaverit sanctorum, volens eam domina sua illis deligare. Postea denique cum triduum in eadem ecclesia ubi contracta est facret, atque pro ea oratum esset, orationibus sanctorum restituta est sanitati; itemque cum domum reverteretur, contracta est, iterumque virtute sanctorum martyrum priorem recepit validineim.

## CAP. IV.

Item femina quedam, cum ita membrorum debilitate contracta teneretur ut vehiculo duceretur, rogavit se obvia duci sanctorum. Hæc orationibus eorum ita salva surrexit, ut propriis firmata gressibus incederet.

## CAP. V.

Cum vero jam decerneremus in locum, ubi nunc adorantur, sanctorum deduci corpora, multitudine innumerabilis processit inundare vias per quas reliquiae ducendæ erant martyrum. Cum igitur quedam succideretur arbor, quedam non præcavens easum, cecidit super eum. Cum itaque putaretur mortuus, amota arbore, ut credimus, orationibus sanctorum ita incolumis repertus est ac si nil pertulisset læsionis.

## CAP. VI.

Jam vero tumulatis beatis martyribus, quidam

\* Is est Thegan seu Tegan, chorepiscopus Treverensis, cuius habetur historia de gestis Ludovici Augusti, carmine laudatus a Walafrido Strabo, qui

A illuc veniens, cuius aures perpetue surditatis tumor obtimerat, cum sanctorum ibidem præstolaretur de votis suffragium, sanctissimis eorum meritis auditum diu sibi denegatum recipere meruit.

## CAP. VII.

Item quidam debilis brachio, ita ut ab humero deorsum penderet aridum, præterea surditate damnatus; cum ad sanctorum sepulcrum cum fide accederet, et brachium pristinum recognovit officium, et obstructæ aures auditum recepere.

## CAP. VIII.

Alius quidam fuit qui ita manum cum brachio debilem habebat, ut semper deorsum pendens omnibus corporis officiis redderetur inutilis. Hic fasculum lini manui innexum aride cum ad memoriam (ut oportebat) venisset martyrum, atque super altare poneret, protinus a rigiditate sua resolutum prior reddit virtus.

## CAP. IX.

Quædam item femina cupiens Ieo et sanctis martyribus illic servientibus, subsidiis corporalibus subvenire, onustum plaustrum cum pane et potu, aliisque necessariis secum dicens, ad locum properabat. Verum cum jam in proximo esset, præcessit plaustrum. Cumque sepulcrum minime auro vel argento cerneret fulgere, ut stolidæ et irreligiosæ solent mutes, despexit et irrisit locum: atque suorum obviæ concito reversa gradu, jussit eos qua venerant redire, dicens nihil ibi sanctitatis contineri. Tunc multione [al., multatione] sanctorum carrum confactum est, potusque diffusus, atque omnia superposita ita dispersa sunt, ut nullo usui apta rediderentur. Ipsa denique tertia die ob vindictam contemptus mortis poena multata est.

## CAP. X.

Alia item femina cum valida scabie omni premeretur corpore, adeo ut lepro putaretur, sed etiam diutino morbo lecto teneretur, præterea neque medicorum ulla potuisset arte curari; hæc cum audisset a vicinis cereum in honore martyrum fieri, accensa fide partculam cere coemplam, fecit in codem inscripsi cereo. Cum itaque cereus ad sepulcrum delatus fuisset martyrum, mirum in modum, mox ut igni accensus est, sensit ægra longe posita virtutem, atque e stratu surgens pristinam recepit corporis sanitatem.

## CAP. XI.

Item alia inclusos digitos atque rigidos habens, admonita divinitus ut ad memoriam properaret sanctorum, fide ducta, ad locum ita sana reversa est, ac si nihil unquam lesionis pertulisset.

## CAP. XII.

Quidam nobilis vir amore ductus sanctorum volebat locum adire. Hic conjugem suam hortatus ut secum pergeret; illa e contra aspernata dixit, se potius ad opera sua pergere, nam non esse verum quod fama vulgaverat. Ille quidem coemplam perficiens voluntatem, illa vero in sua manus perfidia, cum ad locum properaret destinatum, equo dejecta brachium fregit, ut hactenus ita manens nulla possit medicina curari.

## CAP. XIII.

Quidam puerulus ita claudus ab utero existit matris, ut ratiuitas gressum negaret. Hic cum humeris matris fide ad tunulum tolleretur sanctorum, ita sanctissimis martyrum meritis sanatus est, ut qui alterius gestatus venerat gressibus, proprius reveritus matrem subsequeretur.

ejusdem meminisse videtur in alio carmine ad Algorum, monachum Elewangensem.

## CAP. XIV.

Quædam item cum manum atque brachium ita incurvum ac debile haberet, ut neque ad os quidquam eo potuisse deducere, cum ante sepulcrum martyrum diu prostrata jaceret, tandem orationibus eorum pridie Palmarum die pristinæ redditæ est sanitati.

## CAP. XV.

Redeunte tempore quo beatissimorum martyrum corpora in locum, ubi nunc adorantur, delata sunt, cum celebritas anniversarii imminaret diei, inter frequentiam multitudinis quæ pene illuc innumeralis tunc accurrebat, contigit quædam feminam a pago Tulpaciense [s. Tulpaciense] ex beneficio Otrici advenire. Haec unicam filiam jam quinquennem, nomine Ernuenradam, cuius oculos cecitatis obduxerat caligo, habens, doloris acta stimulis, secum meritis illuminandam sanctorum devote attulit. Quæ cum a custodibus peteret, ut in aliquo ecclesiæ loco suffragium præstolatura sanctorum poneretur, permissa est in angulo cryptæ, ubi ad pedes adoratur sanctorum, eam deponere. Depositæ itaque cum tota die illa et nocte ac si rigida immobilia jaceret, ac matutinum celebraretur officium, et nox diei sequentis daret initium; subito virtus divina per orationes adfuit sanctorum, et luminis recepto vigore quod per triennium sibi detegmatum omnes cognoverant, cœpit respicere clare. Hoc itaque miraculum cum per omnium curret ora, et Domino sanctisque ejus martyribus laudes clamarent, voluit etiam Dominus fidelibus populis gemitato miraculo letitiam gemitare spiritalem, quantitate essent sancti martyres apud eum meriti ostendere.

## CAP. XVI.

Nam quædam femina nomine Bertrada, ex familia beati Maximini, de villa nuncupante *Ocgisesheim*, cum nimia premeretur imbecillitate, ita ut nervis siccatis contracta et debilis omnibus redderetur membris; audiens sanctorum virtutem, ad hanc et eamdem celebritatem spe sanitatis sese contulit: quæ cum devota martyrum imploraret auxilium, obtulit eorum meruit sanitatem. Igitur cum missarum celebratio perageretur, sanctorum ei advenit virtus: et quæ contracta et debilis aliorum venit adminiculo, propriæ firmata gressibus rediit ad propria.

## CAP. XVII.

Fuit item in vico, qui Sinciacus nuncupatur, quædam femina, nomine Gaminildis, ex familia sancti Petri, cuius facies in tantum erat deformata, ut intentibus non parvum horrorem incuteret. Ore siquidem ad aurem prope contorno oculisque transversa tumentibus, monstrum quoddam extiterat. Haec dominam suam, nomine Heritrudem, deprecatur ad sanctorum ecclesiam properantem, ut candelam quam ad modum capitis sui ut pauper efficerat, secum deserret: quatenus per intercessionem sanctorum omnipotentis miseratio subveniret ejus deformitatii. Annuens domina precibus famula, secum detulit quod fuerat postulata. Cumque pervenisset ad locum sacratum, candelam inter sacras vigilias ascendit ex more. Continuo miserabilem longe positam virtus divina respiciens, omnem deformitatem ab ejus abstulit facie: nam rediens domina ita sanau reperit omni deformitate carentem, ut nec signum in facie præterite remanserit infirmitatis. Gestum est et hoc miraculum die natalis eorum.

## CAP. XVIII.

Alius quidam, Freosbaldus nomine, de Bunna, pluribus inter suos auctus pecuniis (nam instituendis mercibus operam dabat), valida opprimebatur debilitate membrorum, ita ut nihil aliud nisi paralyticus crederetur: quippe totius corporis bona destitutus valitudine, ministrorum potius quam pro-

A prius utebatur gressibus. Hic audita virtute sanctorum, quam orationibus suis infirmantibus conferbant, rogavit se ad eorum deportari memoriam, quo ut alii, ita sibi sanitatis impenderent opem. Itaque eo vehiculo deportatur; nam, sicut dixi, aliter venire nequivat. Cum igitur votis expletis minime petitum sensisset in se redire vigorem, fecit se unde venerat referri, nil tamen de virtute desperans sanctorum, congruo iterum reversurus tempore. Verum sancti martyres fidem non oblitii recedentis, ut ostenderent se non modo præsentes, verum etiam absentes orationibus suis posse juvare, huic quoque virtute solita adesse dignati sunt. Nam dum famuli cuin coagerent iter, sensit æger meritis sanctorum virtutem sensim sibi advenire. Cum igitur pervenisset dominum, atque gestatorio deponeretur, ita firmatis gressibus omnibusque corporis membris cœpit incedere, ut qui quondam diutino tabefactus morbo inutilis jacuerat, ad omnia prorsus suffragio martyrum utilis redderetur. Itaque laudans et benedicens Deum, qui per sanctos suos sanitatem sibi divine gratiam contulit, hactenus virtute potita fruatur.

## CAP. XIX.

Fuit quidam homo item ex familia sancti Petri, nomine Daginus, in villa quæ vocatur Albiniaca, quem eodem anno quo sancta sunt corpora tumulata, ita contigit tibiis contrahi, ut penitus ambulare non posset, sed genibus et manibus repereret claudus toto permanens anno. Hic ad locum sanctum carro devectus, per triduum sese reptando per ecclesiam traxit, in crypta saepè residens apud sanctorum memoriam. Cumque nocte quarta nocturnis pulsatis solitus adforet, finitis eis, a custode jubetur ad horam ecclesia secedere. Ille iussionibus ejus olitemperans traxit se in vestibulum ecclesie. Verum nimio vento ibi sedere prohibitus, in aliam se contulit porticum, ducentem per ecclesiam ad pauperum hospitale, et in ipso se projecti introitu ecclesie. Ubi cum aliquandiu jacuisset, vidiit, ut ipse reserberat, duos albatos pueros nimium decoros per idem ostium egressos versus dominum hospitium pergere; ubi parum cominorari per eamdem porticum redierunt, et ecclesiam intrantes unus eorum ejus humerum tetigit, eique dixit: Surge, quia sanatus es, et vade ad mansionem. Ille continuo sanus evigilans, laudes et gratias egit Deo, qui eum per sanctos suos ita curaverit, ut vehiculo veniens pedibus propriis ad suam domum perrexerit.

## CAP. XX.

Erat quidam puerulus ex familia beati Petri, novicilicet monasterii, Berefridus nomine, cuius oculos ita cecitatis repleverat caligo, ut omnino negato lumine ductu regeretur alterius. Adveniente itaque Dominicæ nativitatis die, visum est patri ejus, qui, ut filius, Berefridus vocabatur, quatenus ad memoriam clarissimorum deduceretur sanctorum. Cum igitur adveniret tempus, quo de more vigiliæ celebrabantur nocturnæ, depositus est in crypta ad pedes martyrum, præstolatus ibidem per orationes sanctorum Domini Salvatoris virtutem. Expletis ibidem vigiliis idem puer ad hospitale relatus est pauperum, iterum mane facto ad tumulum bona spe reversurus. Sed misericordia Domini Redemptoris suffragiis sanctorum martyrum inopinanti in loco adfuit quietis. Nam cum die facta e lecto exsureret, ita cœpit omnia dare inspicere, ut inoffenso gressu omnibus insipientibus ad basilicam properaret sanctorum, gratias illi agens, qui ea die exortus est in tenebris rectis corde, qui etiam meritis eorumdem sanctorum visum meruerat recipere oculorum.

## CAP. XXI.

Non longe a possessione præstructi monasterii est villa quædam, quam antiquitas Tabernam voluit appellare. In ea quidam erat homo, nomine Alvodus. Hujus itaque ægritudo paralysia ita totum sibi viandi-

caverat corpus, ut pene, omnibus dissolutus membris, vix tactum pateretur aliorum. Ad similitudinem igitur illius evangelici paralytici, inter manus deductus famulantium, ad memoriam devehitur sanctorum; quem in brevi tempore suffragio martyrum ita divina reparavit pietas, ut solidatis membris ad propria exultans et benedicens Deum suis reportaretur, qui aliorum venerat gressibus.

## CAP. XXII.

Alius item de eadē villa, nomine Hibaldus, privatione communis damnatus luminis, audiens virtute martyrum concivis sui paralysi dissolutis membris priorem recepisse virtutem, spe roboratus petiit a suo germano eo se deduci. Germanus itaque ejus cum fratri miseratus cæcitatem, tum etiam sanctorum non diffidens meritis, cœpit cum eo iter agens ad locum properare, ac futura salutis indicio, ut alterius gestus officio, mira tendere agiliter. Qui cum haud longe abfuissent a loco, ita ut culmen potuisset ecclesiae conspici, paululum represso subsequentis gradu: Frater, inquit, si tibi virtus suffragaret luminis, potuisses utique tecta et parietes ecclesiae conspicere sanctorum. Hic lacito mentis nutu cæcens orationibus martyrum divinum sibi adesse implorans auxilium, cœpit mirum in modum fugatis tenebris parum videre, et menti injecta digito notare loca. Ad tumulum igitur perveniens sanctorum, ita infra paucos dies pristinam recipit sanitatem, ut non integratatem modo receperet visus, verum etiam oculorum magnitudinem, qui caliginis diuitia cæcitatem ita parvi effecti fuerant, ut vix pupilla in eis cerneretur.

## CAP. XXIII.

Alind huic haud multum dissimile subjungam miraculum. Quædam namque femina similiter per continuum creca, cum desperationis nimis torqueretur angore, funem factum accedens ad locum Deo ac sanctis obulit martyribus; haec si ille non competret, formam sibi a custode petui dari, quo, revertens domum, aptum preparare potuisset. Interea dum custos necteret moras, illa regenti sibi gressus imperat illo se duci, ubi signorum dependebant funes: nam ad idem opus suum intexere cupiebat. Factumque est. Cumque grossitudinem pertinarent manu, magnifica circa miseram Dei claruit virtus, ac mira celeritate objecta deseruit cæcitas oculos: ut uno eodemque momento et funem arriperet, et luminis reciperet claritatem. Gaudens igitur et exsultans, ad memoriam recurrit martyrum, atque, prout competitabat, gratiarum eis persolvit laudes, quod misericordia divina intervenit eorum eam respicere dignata sit.

## CAP. XXIV.

Tempore quo sanctorum recondite sunt reliquæ in memoriato scipio loco, erant in villa nuncupante Crux, duo carnis conjuncti copula, quorum alter nuncupabatur Wilhelminus, altera Engilwindis, qui a conjunctionis suæ tempore usque in id tempus bona semper roborati vixerant valetudine. Accidit autem prædicto tempore in dissimili, urosque fatigari infirmitate. A renibus namque ita omne inferius corpus feritas attrivit morbi, ut nisi obsequientium portarentur manibus, nulla urgente necessitate loco moverentur. Cum itaque frequens sanctorum virtutem et miracula opinio circumquaque diffunderet, habitatores etiam præstatæ replevit villæ. Hac excitati fama, facta conventione ad locum omnes pariter oratum disponebant ire. Duo igitur jam nominati vicinorum religiositatis cognoscentes voluntatem, tametsi corpore nequirent, animo tamen ire gestabant. Accepta namque cera, factisque candelis, insti-

\* Hic duo notanda: primum, monachos, ut scipio jam observatum, hic clericos appellari. Secundum, etiam tum in more suis apud monachos, in diebus

A tuerunt propinquos et affines ad memoriam eas beatorum mittere martyrum, quatenus miseratio Redemptoris interventu sanctorum eorum subvenire dignaretur imbecillitati. Parantibus autem eis, mira circa eos divina effulsa pietas. Nam loco nondum motis, dicto citius ita virtus adsuit Dei, ut uno tempore et sanissimi exsurerent, iterque cum aliis arriperent: quique petituri sanitatem aliorum ibant ore, ipsi intercedentibus sanctorum clarissimis meritis per se vota mererentur deferre.

## CAP. XXV.

Femina quædam ex provincia Arduennæ, nomine Immima, ex villa quæ Binwælt dicitur, cum jam diu esset surda et muta, manibusque debilis, cum ad locum sanctum comitantibus vicinis et permittente domina sua, Teotburga nomine, oratum venisset diem integrum commorata, mox ut regredi cœpit, primo unius manus et loquela auditusque facultatem; mox deinde alterius quoque manus et totius corporis est sanitatem adepta: ita ut hodieque vicini et affines ejus testentur, nunquam eam in multo retro spatio, ita ut nunc, sanam exstisset.

## CAP. XXVI.

Item ana quæ priore in supra dicta infirmitate vidisset, et ad sanctum locum conitata testis sanitatis ejus existet, nomine Grimilt, cum a viro suo narrata prioris feminæ sanitatem, quam sub oculis videbat, ut sibi denuo oratum liceret venire, pelisset, nec ad id temporis obtinuisse; qua hora, ut post compertum est, in monasterio beatorum martyrum missæ Dominici diei, quibus illa se interfuturam esse voverat, celebrari cœperunt, ipsa manuum est debilitate et totius corporis multata gravedine, adeo ut quia incessum non poterat, carruce superposita ad monasterium denuo veheretur. Cumque venisset, et apud memoriam martyrum aliquandiu perorasset; primo in ecclesia una ei manus est absoluta, deinde inter prandendum alterius manus et totius corporis commoditas restituta. Ita factum est, ut quæ prius alienæ sanitatis narratrix extiterat, suæ deinceps et compos esset et testis.

## CAP. XXVII.

Est consuetudo loci, ut die solemnitatis paschalis clerici & vespertinum celebrantes officium ita sacris induantur, ut in missarum agitur celebratione. Factum est igitur, ut custos de more cum aliis indutus, lampades accensurus Ecclesiæ procederet. Sed dum incaute progrederetur, positus sub lampadibus oleum lampadis cecidit, atque partem planetæ, qua forte indutus erat, non absque deformitate infecit. Custos exterritus, mox ad secretarium gradum retrorsit, atque ea exutus congruo non absque fide, depositis loco. Hanc, inquit, sancta Daria, si vales tuis reforma precibus. Postridie ejus diei accessit custos, ut depositam gnaris eam initteret feminis, quæ hujusmodi potuissent emendare vitium, quam diligentius intuens, nec leuem in ea reperire potuit maculam, quæ sat honestati aut danno esse potuisset.

## CAP. XXVIII.

Villa quædam est non longe a monasterii possessione, quæ Wisa vocatur. Hujus igitur habitatores condixerant sibi omnes pariter ad locum contendere, et ut non vacua viderentur venire manu, collatione facta vas quod cupa dicuntur, cervisia implerant, ut etiam dono muneric Deo et sanctis martyribus vota persolverent. Cum igitur jam properare disponerent, consilio habito qualitatem prius tentare voluerunt potum, antequam iter arriperent. Cuniculo itaque facto, nec parva quidem eo digeri potuit gutta. Verum a ministro segniter hoc peractum abo

solemnibus non tantum albis vestibus, ut fit apud nos, sed etiam aliis ornamenti induerentur.

delecto succedere fecerunt, ut terebrato cupa fundo A potum educeret. Huic aliis succendentibus, cum unius eorum penitus frustraretur labor, ad semel reversi cognoverunt eundem potum ea nocte, quæ Dominica dicitur, collectum. Agnoscentes itaque reatum, pœnitudinem piaculi gerentes, votum Deo ac beatis vovere martyribus, se nil ulterius tale in ea

pertentaturos nocte, ipsumque potum egenis ac pauperibus erogaturos. Mox voto peracto, omnibus egressus foraminibus potus largissime cœpit effluere. Hoc pro voto egenis distributo, alioque confessio, sicut disponuerant ad memoriam venientes sanctorum, ibique proprii reatus confitentes culpam, votisque persolutis ad propria sunt reversi.

ANNO DOMINI DCCLXX.

# ÆNEAS

## PARISIENSIS EPISCOPUS.

### NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana.)

Defuncto Erchanrado, cleris Parisiensis et monasteriorum unanimitas suggestum a rege Carolo Æneam elegerunt. Is autem verbi divini prece egregius, et in scholis palatinis sub Carolo Calvo professor clarissimus, sacri palatii tunc notarius erat, seu, quod idem est, cancellarius. Quo nomine chartæ a Carolo pro monasterio Fossatiensi datæ vn Idus Oct., indict. viii, an. vi regni ejus, et concilii Carisieensi an. 849, et Suessionensi an. 853, necdum episcopus subscrispsit. Hunc in modum peractam electionem Weniloni, Senonensi metropolitano, aliquæ que provincie episcopis significarunt epistola quæ exstat inter epistolæ Lupi Ferrarensis (*epist. 98*); quos insimul enixe regarunt, ut eorum votis quantocius obsecundantes, ponerent celeriter lucernam super candelabrum. Optatis cleri Parisiensis responderunt præsules, electum impensis exornarunt laudibus, ordinatiisque ejus uno subscripterunt ore; cuius gratia provinciales episcopos convocavit Wenilo archiepiscopus (*epist. 99 inter ejusdem Lupi epp.*). At Prudentius, Trecensis episcopus, cum propter notas quibus depresso erat infirmitates, eorum adesse non posset, misit presbyterum, qui vices ejus gereret, ordinatiisque assensum præberet, modo Æneas quatuor articulis, quibus puram sancti Angustini doctrinam contineri existimat subscriberet. Vide tractoriam Prudentii epistolam inter ejus Opera (*Patrol. tom. CXVIII*). Utrum subscrisperit Æneas veterum documenta non docent, nec quo precise anno electus et ordinatus fuerit episcopus. Bene autem quod synodo Carisianensi mense Novembri anno 858 electio interfuerit, cuius a Patribus in epistola ad Ludovicum Germaniæ regem *episcopus honorabilis* appellatur.

Carolo regi semper addictus, non solum Ludovicum violati fraternæque conculeatae amicitiae eorum arguit, sed etiam in concilio apud Saponarias anno 859, in episcopum sue provincie metropolitani, qui Ludovicus faverat invasioni, judicium ferre non est veritus. Concilio apud Tusiacum mense Octobri anni 860 adfuit (*Conc. Hard. tom V, col. 490*). Ecce iam tertium, mense Januario anni 861, Dani Lutetiam invadunt, incendio tradunt, cremantque Ecclesiæ sancti Germani, et usque ad castrum Melidenum omnia circumquaque depopulantur. Anno eodem Carolus Calvus pontem majorem a se nuper extructum supra terram sancti Germani Antissi:lorensis, et viam quæ ad pontem ducit, Æneas successorumque ejus potestati subjecit pridie Idus Julii, anno regni xxii (*Hist. Ecclesiæ Paris., tom. I, pag. 460*).

In concilio Pistensi, an. 862, Æneas subscrispsit

PATROL. CXXI.

A privilegio quod monasterio Dionysiano a Landerico jam pridem concessum episcopi confirmarunt, et alteri pro ecclesia sancti Martini Turonensis (*ibid., pag. 431*). Concilio Suessionensi eodem anno astitit, in quo Rothadi, Suessionensis episcopi, loco alius subrogatus, aliudque Dionysianis monachis, Ludovico abbatte petente, datum est privilegium, cui Ormundus diaconus ad vicem Æneæ, Æneasque ipse postea subscripsit (*ibid. pag. 433, 434*). Obviam corpori sancti Germani, cum Normannis regno pulsis, e villa Novigento in urbem Parisiorum anno 863 reportatum est, ivit Æneas cum canoniciis (*ibid. pag. 469*). Alii Suessionensi concilio interfuit xvi Kalend. Septembris 866, epistolaque prælatorum synodice ad Nicolaum papam subscrispsit viii Kalend. Sept. alterique eorumdem ad summum pontificem de Britonum episcopis, datæ viii Idus Decemb. anni ejusdem. Privilegio monasterii Atrebaten sis, in concilio Vermeriensi anno eodem concesso, subscripsit. Anno 867 Æneas petenti rex Carolus reddidit insulam quamdam eidem civitati ab orientali plaga contiguam ac viciniore ecclesiae B. Marie, quæ quandam comiti subjiciebatur (*ibid., pag. 461*). Datum præceptum x Kal. Maii, regni anno xxvi. Eadem synodo Trecensi astitit viii Kalendas Novemb. synodiceque ad Nicolaum papam epistolæ de iterata Ebbonis expulsione, et Hinemari ordinatione subscripsit.

Circa hæc tempora, a Provincia Senonensi delegatus, jussu et rogatu Nicolai I pape, columnas et couicia Photii adversus Ecclesiam Latinam docto et eruditio retudit opere, quod editum est tomo VII Spicileg., pag. 1. Anno 868 rex Carolus Æneas reddidit villam Nantriacum, in agro Pictavo secus flumen Clinnum sitam. Datum diploma xv Kal. Aprilis, regni anno xxviii (*ibid., pag. 462*). Jussu regis ejusdem ad Fossatense monasterium se contulit anno eodem ad recipiendum corpus sancti Mauri, quod e predio Audonis comitis ad Ararim, quo Danorum metu monachi deportaverant, in Fossatensem locum referendum rex volebat (*Scc. Bened. parte II, pag. 168*). Fererunt die 7 Aprilis humeris tulit, solemniter in ecclesia B. Petri deportavit, et super altare SS. Apostolorum depositus, ob quamque causam prebeniam unam in ecclesia Parisiensi Fossatensi monasterio concessit, annuanque supplicationem instituit (*Chart. XIV, col. 15*). Perperam more suo hujus donationis fidem elevar conatus est Launois, sed quam futila sunt quæ offert argumenta melius, docebit Gerardus du Bois (*Hist. Ecclesiæ Paris., tom I, pag. 449*).

Adfuit Æneas, anno 869, synodo ad Vermerium,

22